Animæ humanæ non præexiſtunt.

Upra orbes rapidos operoſa volumina cœli
Area ſe prodit quæ vernat cœrula gemmis ;
ditur hìc (aiunt) cœlorum ſplendida pompa,
nctæ cœleſtes animæ, fatique miniſtræ:
brica nunc pictis tranantes nubila pennis
nis auratis properant depromere lucem
ntibus Empyreis, nè ſtellis pabula deſint:
nc adeúntque molas quæ flagrant axibus ignis.
teriámque molunt ter triti pollinis inſtar.
aſſæ animæ veſci nequeuntes æthere, cœlum
ctibus aëreis mutârunt, materiæque
cibus immerſæ ſenſûs dictata ſequuntur.
m ſi plùs ſolito Zephyrus commoverit auram
cibus aëreis latitant, noctíſque galero
nitæ rabidi propellunt ſpicula Phœbi.
is deterior ſucceſſit Terrea proles.
unc age progenies cœli Dea Muſa, clientis
te cura movet (non te latuere ſagacem
ris aut terræ tractus, cœlive profundi)
cœlo Phœnix redivivus an aëre ſurgo,
ic mihi? Nam quis ſe naſcentem noverit ipſum?
na tamen ratio me ſeriùs arguit ortum.
am mihi viſus eram molles excerpere ſomnos
n nihili gremio, placidè, tacitéque quievi,
Donec materiæ pulſu nubecula ſomni
Roſcida diffugit. Tum primùm denſa catervis
ntrârunt animæ portas phantaſmata rerum,
Et ſimulachra novis paſſim volitantia formis.
Infans obſtupuit ratio perterrita viſu,
Nec tales aliâ vitâ cognovit idæas.
Ah ſtultos igitur tam retro quærere! cœlo
Dum fruimur propiore, Dei poſtrema propago.
Nam ſimulac noſtri junctim ſtravere parentes
Maſſam prolificam, vitæ fundamina noſtræ,
Omnipotens fictor ſolerti pollice limum
Diſpoſuit, poſito vitales indidit auras.
Hinc genus humanum renovatur prole nepotum.
Namque ſinum exhauſtum nondum privatio ſentit.
Illa novum multum nihilum ſibi ſervat ubique
(Tam citò Theſſalicis non parent cantibus umbræ)
Quod verbo Omnifico mox Spiritus emicat altè.

Regia poteſtas non derivatur à populo.

DIc mihi propitiis quum lapſa Monarchia cœlis
  Infans Cæſareas novit adire domos?
Cœleſtes teneram digiti plexere coronam,
  Dignaque divinâ ſceptra fuere manu.
Ergo quid indignæ turgent faſtidia turbæ,
  Dum jacit in proprium tela notata caput?
An quia procero ſe regia vertice Quercus
  Erigit, in cauſâ Canna paluſtris erit?
An quia conſortes obeunt ſua munera nautæ,
  Dum ſedet ad clavum, nil Palinurus agit?
Ille pater patriæ, qui patria jura tuetur:
  Ergo patrem patriæ plebs generare queat?
Quid capiti manus alma dedit? quid crura? quid ar-
  Cingeret ut meritas ſacra corona comas? (tus?
Dentigenas ſolum peperit fex infima vulgi,
  Sola cavernoſi dant meteora loci.
Qui procul in cœlo radiârunt orbe Cometæ
  Non è terreſtri proſiluere luto.
Irida nobilior decoravit lumine Titan,
  Deliteat Titan, defluus imber erit.
Quæ venit à terris, Lunæ plebeïa lux eſt;
  Quam legit à Phœbo, Regia ſola fuit.
Quid ſi Cæſareos, Turcarum more, nepotes
  Rex jubet invitæ ſubdere colla neci?
Quid ſi quoque die, nova vectigalia poſcit,
  Et jubet armigero ſub duce ſigna ſequi?
Adverſis ſtipata cohors inſæviet armis?
  Quaſque rogat Princeps ferre negabit opes?
Eſto tamen, veteres pergant ſimulare Gigantes,
  Et nova monſtra creent, & nova bella gerant;
Regia dum fraudes nimis has experta Poteſtas,
  Hos proprio Anguigenas Marte perire videt.

ERGO,

Spernimus effoſſas Plebeio ſtercore gemmas,
  Sit liber, dominus qui volet eſſe meus.

Jul. 4. 1681. In veſperiis Comit. Reſp. in Philoſoph. *M. Anthony*, Aul. Pemb. *Soc.*